Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

BREVIS

pro sua et pro populi ignorantia
hoc significante spiritu sancto nondum patefactam esse sanctorum viam
ad huc priore tabernaculo habente
statum. Que parabola est temporis
instantis iuxta quam munera et ho
stie offeruntur que non possunt iuxta
conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis et in potibus
et uariis baptismatibus et iustitiis
carnis usque ad tempus correctionis
impositis. Cristus autem assistens pon
tifex futurorum bonorum amplio
ri et perfectiori tabernaculum non ma
nu factum id est non huius creatio
nis neque per sanguinem hircorum aut
uitulorum sed per proprium sang
uinem introuit semel in sancta e
terna redemptione inuenta. Si
enim sanguis hircorum et thaurorum
et cinis uitule aspersus inquinatos
sanctificat ad emundationem carnis.
quantomagis sanguis cristi qui per
spiritum sanctum semet ipsum obtu
lit in maculatum deo inuenti em
undabit conscientiam nostram
ab operibus mortuis ad seruien
dum deo uiuenti. Et ideo nouiet
testamenti mediator est ut morte in
tercedente in redemptionem earum
preuaricationum que erant in si
priori testamento repromissionem
accipiant qui uocati sunt eterne
hereditatis. Vbi enim testamentum
est mors necesse est ut intercedat
testatoris. Testamentum enim in
mortuis confirmatum est. Alio
quin non dum ualet dum uiuit qui
testatus est. Vnde nec primum quidem
sine sanguine dedicatum est. Lecto
enim omni mandato legis a moyse ad
uniuersum populum accipiens sanguinem
uitulorum et hircorum cum aqua et
lana coccinea et ysopo. Ipsum quoque li
brum et omnem populum aspersit dicens
Hic est sanguis testamenti quod man
dauit ad uos deus. Etiam tabernaculum et omnia uasa ministerii san
guine simili aspersit et omnia pene in
sanguine secundum legem mundantur
et sine sanguinis effusione non fit
remissio peccatorum. Necesse est ergo
exemplaria quidem celestium his
hostiis mundari ipsa autem celestia me
lioribus hostiis mundari quia ilis
non enim in manufacta sanctis ihesus in
troiuit exemplaria uerorum sed in
ipsum celum ut appareat nunc uul
tui dei pro nobis. neque ut sepe offe
rat semet ipsum quemadmodum pon
tifex intrauit in sancta per singulos
annos in sanguine alieno. aliaquin
oportebat eum frequenter pati ab
origine mundi. Nunc autem semel in
consumatione seculorum ad desti
tucionem peccati per hostiam suam ap
paruit. et quem ad modum statu
tum est hominibus semel mori.
Post hoc
autem iudicium sic et cristus
semel oblatus est ad multo
rum exhaurienda peccata. Secundo
autem sine peccato apparebit exspec
tantibus se in salutem eorum per fide